



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IX. Graf Siegfried von Osterburg notifiziert seinen Ministerialen in der Grafschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und Gardelegen &c., ihre Abtretung an den Herzog Otto von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

rum, videlicet filie nostre, vxoris Luthardi Nobilis de Meinersem et Comitis Friderici de Kercherch, nepotis nostri, et aliorum heredum, Domino nostro, Duci Ottoni de Brunswic, dedimus et in proprium assignauimus duo allodia nostra, scilicet in Dinstorp et in Lengege, cum omnibus pertinentiis eorum, et cum omni iuris integritate perpetuo possidenda. Ut autem talis donacio nostra a nobis et ab omnibus heredibus nostris rata semper et inuiolabilis perseueret, et nunquam in posterum irriteretur, presentem paginam sigillo nostro et Comitis Friderici de Kerberg et Domini Luthardi de Meinersem sigillis fecimus roborari. Actum est hoc apud Brunswic, anno dominice incarnationis MCCXXXV. II Idus Aprilis. Testes sunt: Comes Ludolfus de Halremunt, Thidericus de Anuorde, Bernardus de Dorstat, Johannes de Adenoy, Jordanis Dapifer, Willekinus Marscaleus, Fridericus de Medinge, Luthardus de Meinersem et Comes Fridericus de Kerberg, qui duo hec nobiscum promiserunt se firmiter seruatuos.

Orig. Guelfic. IV, 443.

VIII. Graf Siegfried von Osterburg tritt dem Herzog Otto von Braunschweig seinen Ministerialen Heinrich von Krachow ab, um das Jahr 1235.

Siffridus, Dei gratia Comes de Osterburch, vniuersis ac singulis, ad quos presens scriptum peruenerit salutem. Nouerit tam presentium etas quam futurorum posteritas, quod nos Henricum de Crachowe Domino Duci de Brunswic conferimus in ministerialem, ut sibi deinceps ministerialis ius exhibeat, et tali iure dicto Domino Duci pertineat, qualiter nobis pertinebat. Ne autem hoc factum nostrum inuida possit obscurare posteritas, presentem paginam nostri sigilli appensione munuimus ad cautelam.

Orig. Guelf. IV, 445.

IX. Graf Siegfried von Osterburg notificirt seinen Ministerialen in der Graffschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und Gardelegen u., ihre Abtretung an den Herzog Otto von Braunschweig, im Jahre 1236.

Siffridus, Dei gracia Comes de Osterborch, uniuersis ministerialibus suis, qui a Tfellis usque Bremam in utraque parte Alre et Wifere sunt manentes, tam feminis, quam masculis, et omnibus ministerialibus suis, qui in Comitia Stadense et inter Saltwedele, Brome et Gardelege demorantur, salutem et omne bonum. Cum de consensu et voluntate he-

redum meorum omne ius, quod in vobis habui, Domino meo, illustri Ottoni, Duci de Brunswic, dederim et in perpetuum dimiserim; fidelitatis illius, qua mihi et heredibus meis tenebamini, vos dimisi penitus absolutos, mandans et rogans, ut ei et heredibus suis eiusdem fidelitatis homagium faciatis, et vos et omnes, qui in predictis terminis habitantes a me inphedati sunt aliquibus bonis, ab ipso Duce eadem bona iure recipiant et teneant pheodali.

Orig. Guelf. IV, 147.

X. Graf Siegfried von Osterburg überläßt dem Herzog Otto von Braunschweig seine eigenthümlichen Güter und sämtliche Ministeriale in der Graffschaft Stade, in der Gegend zwischen Salzwedel, Brome und Gardelegen, an der Aller und Weser von Zelle bis Bremen und seine Besitzungen zu Walbeck, im Jahre 1236.

Siffridus, Dei gracia Comes de Osterborch, omnibus in perpetuum. Quod cum tempore mutabili transitorium est et instabile, scriptis solet ac testibus commendari. Volo igitur ad uniuersorum presentium et futurorum notitiam peruenire, quod ego, de consensu et voluntate omnium heredum meorum, Domino meo Ottoni, Duci de Brunswic, vendidi et in proprium assignaui omnem proprietatem meam et Ministeriales, tam feminas quam masculos, quos habui in Comitibus Stadense manentes: Item totam proprietatem meam cum omnibus Ministerialibus inter Saltwedele, Brome et Gardelege constitutis, et omnes Ministeriales meos a Telle usque Bremam iuxta Aleram et Weseram in utroque litore demorantes, et omnem proprietatem, quam habui Wallebeke, tam in villa, quam in campo libere vendidi et dimisi predicto Duci et heredibus suis feliciter possidenda. Ne igitur hoc factum meum a me siue a meis heredibus possit aliquatenus disturbari, literam hanc patentem sigilli mei iussu testimonio roborari. Testes huius rei sunt: Bernardus de Dorstat, Guntzelinus Dapifer et filii sui Eckbertus et Borchardus, Jordanis Dapifer, Willekinus Marscalcus, Ludolfus de Honlage, Geuehardus de Bortfeld, Thidericus de Monte, Gerhardus et Lippoldus et Druchteluus, fratres, Baldeuinus de Blankenborch, Johannes de Brunefrode et alii plures. Acta sunt hec anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto.

Scheid's Orig. Guelf. IV, 145. Die Herzogth. Bremen u. Verden Samml. VI, 13.